

/ Reverendissime Illustrissimeque Domine.

Magnum consequuti sunt beneficium

haec ab Apostolo excommunicationi attribuuntur, sed recte etiam ~~pos~~  
possunt cuivis ab Ecclesia disgregationi competere, ac una insi-  
5 nuare, quantum me video viris illis ex animo debere, quorum prae-  
sente adiutorio, ad Ecclesiam revocatus, tanta, et tam horribilia  
pericula ex Dei gratia evaserim. Quorum in numero primario, quum  
ad haec usus fuerim, et adiutus v<sup>ae</sup> Ill<sup>mae</sup> Dominationis doctissi-  
mis scriptis, disputationibus, non potui quin eo nomine, et Deo,  
10 et vobis gratias agere, et insuper humillime petere, ut praecedenti  
adiumento communi, etiam aliquam particularem opem adiciatis,  
cuius adminiculo fretus, et subsistere possim elevatus, et in sta-  
dio incepto non solum proficere, sed etiam ad metam propositam  
pervenire. Deus excitet plures Ill<sup>mae</sup> Dominationi v<sup>ae</sup> similes, et  
15 vos nobis diutissime servet, et toti Ecclesiae incolumes.

Compluti 18 decembris 1605.

Ill<sup>mae</sup> D. v<sup>ae</sup>

Humillimus filius, et servus

Jacobus Vadesvortus.

20 Volumen jurium, fol. 38<sup>v</sup>. Particula epistolae etc.

Summar. addition. p. 46.